te ei? vesania tēpat. q? cū sensus po  
tentum per elatōnem in furore vtit.

Dignū est vt ad salutē mens quasi dul  
cedine cythare: locutōnis nre trāquil  
litate reuocet. **A**liqñ aut cū hui? secu  
li potentes arguūt: pri? p quasdam  
similitudines velut de alieno negotio  
requirendi sūt. & cū rectā sētētiā qñ in  
alterū protulerint. tunc modis cōgru  
entibz de pprio reatu feriendi sūt: vt  
mens tēpali potētia tumida. ostra cor  
ripiētē nequaqz se erigat qñ suo sibi iu  
ditio superbie ceruicē calcet. vt in nul  
la sui defensione se exerceat: quē sentē  
tia pprii oris ligat. **H**inc est em qñ na  
than ppheta arguere regem venerat.  
& quasi de causa pauperis contra di  
uitem iudicium querebat. vt pri? rex  
sentētiā diceret. & reatū suū postmo  
dum audiret qñ in nequaqz iustitie cō  
tradiceret qz in seipse ptulisset. **V**ir  
itaqz sanctus & peccatorē cōsiderans



et regem miro ordine audacem: reum  
prius per confessionem ligare studuit: et  
postmodum per incisionem secare. **C**ela-  
uit paululum quem quehuit: sed percussit  
repente quem tenuit. **I**gnarus enim for-  
tasse incidere, si ab ipso sermonis ex-  
ordio aperte culpam ferire voluisset.  
sed premissa similitudine eam quam oc-  
cultabat exacuit increpationem. **A**d egrum  
medicus venerat: secundum vulnere vide-  
bat: sed de patientia egrum dubitabat.  
**A**bscondit igitur ferrum medicinale sub  
veste: quod eductum subito fixit in vulnere  
ut secantem gladium sentiret eger antequam  
cerneret. ne si ante cerneret sentire re-  
cusaret.

**Q**ui ammonendi sunt aliter leti:  
atque aliter tristes. **C**ap. xxvii.

**A**lter ammonendi sunt leti atque  
aliter tristes. **L**etis videlicet in-  
ferenda sunt tristitia: que secuntur ex sup-  
plitio. **T**ristibus vero inferenda sunt  
leta: que promittuntur ex regno.

discant leti ex mimaruz asperitate q̄ ti  
meāt. audiāt tristes p̄miorz gaudia.  
de quibz p̄sumāt. **I**llis quippe dicitur  
**V**evobis qui ridetis nūc: qm̄ flebitis  
**I**sti vero eodē magistro audiant dic  
centz. iterū videbo vos et gaudebit  
cor vestrū: et gaudiū vestz nemo tol  
let a vobis. **N**ōnulli autem leti vel tri  
stes nō rebus sunt. sed cōsperhōm̄  
bz existūt. quibz p̄fecto intīmādū est  
q̄ quedā vitia quibusdam consperhō  
mbus iurta sunt. **H**abent enim leti ex  
p̄p̄inquo luxuriam: tristes vero iram.  
**U**nde necesse est. vt non solum quisqz  
confideret qd̄ ex consperhōne sustinet  
sed etiam q̄ ex vitio ad deterius per  
urget. nedum nequaqz pugnāt con  
tra hoc quod tolerat. ei quoqz a quo  
se liberum estimat vitio succumbat.

**U**ter aliter ammonendi  
sunt subditi: atqz aliter  
prelati. **Cap. xxviii.**

**A**liter ammonendi sunt s̄bditi at  
q̄ aliter p̄lati. Illos ne s̄biectio  
cōterat. Istos ne locus superior ex  
tollat. Illi ne minus que iubent̄ imple  
ant. Isti ne pl̄ iusto iubeāt que imple  
ant. Illi ut humilit̄ s̄biaceāt. Isti ut  
tpanter p̄sint. Nā qd̄ itelligi et figu  
raliter pōt̄ illis dicit̄. **F**ilij obedite  
parentibz v̄ris in dño. istis p̄cipitur.  
Et p̄res nolite ad iracūdiā puocare  
filios vestros. Illi discant quomodo  
ante occulti arbitri oculos sua interio  
ra cōponant. Isti quomodo etiā cō  
missis sibi exempla bene viuēdi exteri  
us prebeant. Scire etenim p̄clati de  
bent. quia si peruersa vnq̄z perpetrāt  
tot mortibus digni sunt: quot ad s̄b  
ditos suos perditionis exempla trās  
mittunt. Vnde necesse est: ut tanto se  
cautius a culpa custodiāt: q̄nto p̄pra  
ua que fatiunt nō soli moriūt. S̄ alio  
rū aīarū rei sūt q̄s prauis exēplis de  
struxerūt. Ammonēdi sūt illi ne distri  
ctius puniant̄: sed si absoluti reperi

nequiverint saltem de se. isti ne de sub  
ditoꝝ erratibꝫ iudicentꝫ etiã si se iam  
de se securos inveniunt. **I**lli vt tãto cir  
ca se sollicitius viuãt: quãto eos alie  
na cura nõ implicat. isti vero vt sic ali  
oꝝ curas expleãt: q̃tinꝫ a suas agere  
nõ desistant. sic in ppria sollicitudine  
ferueãt: vt a cõmissõꝝ custodia mimi  
me torpescant. **I**lli em̃ sibi met vacãti  
dicitꝫ. **V**ade ad Formicã o piger a cõ  
sidera vias eiꝫ: a discce sapiãz. **I**ste au  
tẽ tribilitã amonetꝫ cũ dicitꝫ. **F**ili mi  
si sponderis p amico tuo defixisti  
apud extraneũ manũ tuã: illaqueatꝫ es  
verbis oris tui: a captꝫ pprijs sermo  
nibꝫ. **S**põdere nãqꝫ p amico est. alie  
nã animã in periculo sue ouersatõis ac  
cipere. **V**ñ a apud extraneũ manꝫ de  
figitur. quia apud curam sollicitu  
dm̃is que ante deerat mens ligatur.  
**V**erbis vero oris sui illaqueatus est.  
ac pprijs sermõnibus captus. quia  
dum commissis sibi cogitur bona di  
cere: ipsum prius necesse est. que

dixerit custodire. **N**lla queat igitur ver-  
bis oris sui. dū ratōne exigēte strin-  
gitur. ne eius vita ad aliquid aliud q̄z  
qd̄ amonet relaxetur. **V**n̄ apud distri-  
ctum iudicem cogit̄ tāta in opere ex-  
oluere: quāta eū stat alijs voce prece-  
pisse. **V**bi et bñ mox exhortatō subdi-  
tur vt dicit̄ in puerbijs. **F**ac ḡ qd̄  
dico fili mi: et temetipsū libera quia in-  
manus proximi tui incidisti. **D**iscurre fe-  
stina. suscita amicum tuum: ne dederis  
somnia oculis tuis nec dormitēt palpe-  
bre tue. **N**uisquis enim ad viuendum  
alijs in exemplo p̄ponitur: non solū vt  
ipse vigilet: sed etiam amicum suscitet  
ammonet. **E**i nanq; vigilare bene vi-  
uendo non sufficit. si non et illum cui  
preest a peccati torpore disiungit.  
**B**ene autem dicitur. ne dederis som-  
num oculis tuis: nec dormitent palpe-  
bre tue. **S**omnum quippe oculis dare  
est. intentione cessante subditorum cu-  
ram omnino negligere. **P**alpe-  
bre vero dormitāt eū cogitatōes nre

ea que in subditis arguenda agnoscunt  
pigredine deprimete dissimulant **P**lene  
enim dormire est. omnino acta nescire  
nec corrigere. non autem dormire sed dor  
mitare est. que quidem reprehendenda sunt  
cognoscere: sed tamen propter mentis tedium di  
gnis ea increpationibus non emendare.  
**D**ormitatio vero oculos ad plenissimum  
somnia ducit. quod dum plerumque quod preest  
malum quod cognoscit non resecat. ab hoc  
quaque negligentie sue merito puenit. ut  
quod a subiectis deliquit non cognoscat  
**A**mmone di sunt itaque qui presunt. ut per  
circumspiciendum studium pugiles intus  
et in circuitu oculos habeant celi anima  
lia fieri ostendant. **V**isa quippe celi anima  
lia in circuitu et intus oculis plena de  
scribuntur. **D**ignumque est ut cuncti qui pre  
sunt intus atque in circuitu oculos habe  
ant quantum et interno iudici in semetipso  
placere studeant. et exempla uite ex  
terius prebentes. ea etiam que in aliis  
sunt corrigenda deprehendant.  
**A**mmone di sunt subditi ne impositorum suorum

vitaz temere iudicent. si quid eos for-  
tasse agere reprehensibiliter videtur. ne vñ  
recte mala redarguunt inde per elationis  
impulsus in profundiora mergantur. **A**mmo-  
nendi sunt ne cum culpas impositas, confide-  
ratur: contra eos audaces fiant. sed si quae  
valde sunt eorum prava opera sic apud  
semetipsos diiudicent. ut tamen dummo ti-  
more districti: ferre sub eis reuerentiae iugum  
non recusent. **Q**uid melius ostendimus: si  
dauid factum ad medium deducamus.  
**S**aul quippe persecutor eius cum ad pur-  
gandum veterem speluncam fuisset ingressus:  
illuc cum viris suis dauid iurat: qui iam  
tam longo tempore persecutionis eius mala  
tollerabat. **C**umque eum viri sui ad feri-  
endum saul attenderent. fregit eos re-  
sponsionibus. quia manum mittere in  
christum domini non deberet. **Q**ui  
tamen occulte surrexit. et oram clamis  
dis eius abscidit. **Q**uid enim per  
saul nisi mali rectores? **Q**uid per dauid  
nisi boni subditi: designantur. **S**aul  
igitur ventrem purgare: est prauos

ppositos conceptam in corde malitiã  
vsq; ad opera miseri odoris extendere.  
et cogitata apud se noxia: factis exte-  
rioribz exequendo mōstrare. **Q**uem tñ  
dauid ferire metuit. qz pie subditoꝝ  
mentes ab omni se peste obtrectatio-  
nis abstinentes ippositoꝝ vitaz nullo  
lingue gladio percutiunt. etiã cum de  
imperfectōe reprehēdūt. **N**ui ethi qñ  
pre ifirmitate sese abstinere vix possūt  
vt extrema qdã atq; exteriora ippositoꝝ  
mala. sed tñ humiliter loquātur. quasi  
horã clamidis s̄ ilēter incidunt. qz iud  
licet dum prelata dignitati saltē inno-  
pie et latent̄ derogāt: qñ regis super-  
positi vestem setāt. **S**ed tñ ad semet  
iplos reduunt sē vehemētissime vel de  
tenuissima verbi laceratōne rephēdūt  
**V**nde bene illic et scriptū est. **P**ost h̄  
percussit dauid cor suum. eo qd absce-  
disset oram clamidis saul. **F**acta quip-  
pe prepositoꝝ oris gladio ferienda  
non sunt etiam cum reprehēdēda iudi-  
cantur. **S**i quando vero contra eos



vel in minimis lingua labit: necesse ē  
vt per afflictionem penitētie cor pre-  
mat. quatinꝰ ad seipsum redeat. et cū  
iposite potestati deliquit eius cōtra se  
iudicium: a quo sibi p̄lata est phorres-  
cat. Nam cum in ippositis delinquimꝰ  
eius ordinatōni. qui eos nobis pretu-  
lit obuiamꝰ. Vnde moyses quoqꝰ cū  
cōtra se et aaron conq̄ri populū cog-  
nouisset ait. Nos em̄ quid sumus. nec  
contra nos est murmur vestꝝ: s̄ con-  
tra dominum.

**A**lter ammonendi sunt serui: atqꝰ  
aliter domini. **Cap. xxxix.**

**A**lter ammonendi sūt serui: atqꝰ  
aliter domini. Serui scz vt in se se  
per humilitatē cōditōnis aspiciant:  
dñm vero vt nature sue qua equalit̄ sūt  
cū seruis conditi. memoriā non amit-  
tant. Serui ammonendi sunt ne do-  
minos despiciant. ne dñm offendant.  
si ordinatōni illiꝰ superbiendo cōtra-  
dicāt. Domini qꝰ ammonēdi sunt quia  
cōtra dominū de munere suo supbiūt. **dñm.**

si eos quos per cōditiōnēs tenēt sub  
ditos. eōles sibi p nature cōsortium  
non agnoscunt. Illi āmonēdi sunt. vt  
sciāt se seruos esse dominorū. Alii am  
monēdi sūt: vt cognoscant se cōseruos  
esse seruorū. Istis nāq; dicitur. Verui  
obedite dñis carnalibus. Et rursum  
cunq; sūt sō iugo serui: dños suos om  
ni honore dignos arbitrent. Illis au  
tē dicit. Et vos dñi eadē facite illis  
remittentes mīmas. scientes qd et illo  
rum et vester dominus est in celis.

**C**apiētes Ebetes.

Capitulum. xxx.

**A**liter āmonēdi sunt sapiētes hō  
seculi: atq; aliter ebetes. Sapiē  
tes quippe ammonēdi sunt: vt amittāt  
scire que sciunt. Ebetes q; ammonēdi  
sunt: vt appetant scire que nesciunt. In  
illis hoc primū destruēdū est. qd se sapi  
ētes arbitrant. In istis iam edificā  
dum est: quicquid de sapiētia super  
na agnoscit qd dū minie supbiūt: qñ  
ad suscipiēdū edificitiū corda pauerunt

Cum illis laborandum est vt sapientiꝝ  
Stulti Fiant: Stultā autē sapiam deserāt.  
et sapiētē omni stultitiā discant. Illis  
vero predicādū est: vt ab ea q̄ putat  
Stultitia ad verā sapiētīā vicinius tran  
seant. Illis nanq; dicitur Si q̄s videt  
inter vos sapiēs esse in h̄o seculo: Stul  
tus fiat vt sit sapiens. Illis vero di  
citur. Non multi sapiētes secūdū carnē  
Et rursum Que stulta sunt mūdi elegit de  
us vt cōfundat sapiētes. Illos plerū  
q; rōnis argumēta. istos nunq; meliꝝ  
q; exēpla ouertūt. Illis nimirū pro  
dest vt in suis allegatōibz victi iace  
ant Illis vero aliqn̄ sufficit. vt lauda  
bilia alioꝝ facta cognoscāt. Vñ ma  
gister egregiꝝ sapiētibz et impiētibz  
debitor: cum hebreorum quosdam sa  
pientes. quosdam vero etiam tardio  
res ammoneret: Illis de completio  
ne testamēti veteris loquens eorum sa  
pientiam argumento superauit di  
cens. Quod enim antiquatur et sene  
scit. prope interitum est. Cum vero

solis exēplis quosdam trahendos cer  
neret in eadez epistola adiunxit. San  
cti ludibria et verbera experti. insup  
et vincula et carceres: lapidati sunt. se  
cti sunt tēptati sūt in occisione gladij  
mortui sunt. Et rursus Memētote ipoli  
toz vestroz. qui vobis locuti sunt v  
buz dei. quoz intuentes exitū cōter  
satōnis imitamini fidem: quatinꝰ et il  
los victrix ratō frangeret et istos ad  
maiora conscendere imitatio blanda  
suaderet.

**U**S aliter ammonendi sūt impudē  
tes atq; alit̄ verecūdi. Cap. xxxi.

**A**lter ammonendi sunt impudē  
tes: atq; aliter verecūdi. Illos  
nanq; ab impudētie vitio nō nisi incre  
patio dura compescit: istos autez ple  
rūq; ad meliꝰ exhortatio modesta cō  
ponit. Illi se delinquere nesciunt nisi  
etiā a pluribz increpētur: istis plerūq;  
ad quersionē sufficit q̄ eis doctor ma  
la sua saltē leuit̄ ad memoriaz reducit

**A**llos autem melius corripit qui inue  
hendo reprehendit. istis autem maior p  
fectus adducit. si hoc quod in eis re  
prehendit. quasi ex latere tagat. **I**m  
pudentem quippe iudeorum plebem domi  
nus apte increpans ait. **F**rons mulie  
ris meretricis facta est tibi: noluit e  
rubescere. **E**t rursus verecundam re  
fouet dicens. **C**onfusionis adolescencie  
tue obliuisceris: et obprobrium uiduita  
tis tue non recordaberis. quia domina  
bit tui qui fecit te. **I**mpudentem quoque de  
linquentes galathas aperte paulus incre  
pat dicens. **D**imensati galathe. **Q**ui  
vos fascinoauit. **E**t rursus. **P**ic stulti  
estis ut cum spiritu cepitis: nunc carne consu  
mamini. **C**ulpas vero verecundanti  
quasi copacientes reprehendit dicens. **P**a  
ulus sum in domino vehementer. quonia tam  
dem aliquando refloruiatis pro me sentire.  
sicut et sciebatis: occupati enim era  
tis ut et illorum culpas increpatione *dura*  
geret et horum negligentiam sermo molli  
or velaret.

**Q**uod aliter ammonendi sunt pter  
ui atq; alit' pusillanimes. Ca. xxxij.

**A**liter ammonedi sunt pterui atq;  
aliter pusillanimes. Illi em̄ dū val  
de de se presumūt exprobrādo cete  
ros dedignant. Illi aut̄ dum nimis  
sunt infirmitatis sue confū plerunq; in  
despectōne cadunt. Illi singulariter  
sūma estimant cuncta que agunt Illi  
despecta vehemēter putāt esse q̄ fati  
unt: & idcirco in desperatōne frāgun  
tur. Subtiliter itaq; ab arguēte discu  
tiēda sunt opera pteruoz: vt in quo  
sibi placent ostendat q̄ deo displicēt  
Tūc em̄ pteruos meli⁹ corrigim⁹ cū  
ea que bene egisse se credūt: male fac  
ta mōstram⁹. vt vnde adepta gloria  
credit⁹: inde vtilis cōfusio subsequatur  
Nōnūq; vero cū se vitiū proterui mi  
nime perpetrare cognoscūt cōpēdiosi  
us ad correctōez veniūt: si alteri⁹ cul  
pe manifestioris & ex latere req̄site in  
perio sfūdāt vt ex eo qd̄ sfēdere ne  
qunt cognoscāt se iprobe tenere quod

defendunt. vnde cum pterue paulus  
chorinthios aduersū se inuicē videret  
inflatos. vt aliq apollo: aliq pauli. aliq  
cephe: aliq xpi esse se diceret incestus  
culpam in medium deduxit. que a=  
pud eos perpetrata fuerat et incore=  
cta remanebat dicens. **A**udit̄ inter  
vos fornicatio. et talis fornicatio:  
qualis nec inter gētes ita vt vxorem  
p̄ris q̄s habeat: et vos inflati estis et  
nō magis luctū habuistis: vt tollerēt̄  
de medio vestz q̄ hoc opus fecit **A**c  
si aperte dicat̄ vobis p̄ prof uia huius  
vel illi dicitis: qui per dissolutōez ne=  
gligētie nulli vos esse mōstratis. **A**t  
cōtra pusillanimes apti ad iter bene=  
agendi reducim. si quedā illoz bo=  
na ex latere req̄ramus: vt dū i cis alia  
rephēdēdo corripim. alia āplectē=  
do laudem. q̄tinēoz tencritudinē  
laus audita nutriat: quā culpa incre=  
pata castigat. **I**derūq; aut vtili ap̄  
illos pficim: sicut eoz bñ gesta memo=  
ram: et si q̄ ab eis iordinate gesta sūt

non iam tanquam perpetrata corripimus  
sed quasi adhuc ne perpetrari debeant pro  
hibemus: ut et illa quae approbamur illatus  
favor augeat. et contra ea quae reprehendi  
mus magis apud pusillanimes exhor  
tatio veracunda conualescat. **V**n idem pau  
lus cum thessalonicenses in accepta pre  
dicatioe perdurantes: quasi de vicino mundi  
termino quodam cognosceret pusillanimi  
tate turbatos. prius in eis quae fortia pro  
spicit laudat et caute monendo postmo  
dum quae infirma sunt roborat. **A**t enim  
**L**itras agere debemus deo semper pro vobis  
fratres. ita ut dignum est: quoniam superescit  
fides vestra et habundat caritas uniuscu  
iusque vestrum invicem. ita ut et nos ipsi de  
vobis gloriamur in ecclesijs dei: pro par  
ticipatio vestra et fide. **Q**ui cum blanda hinc vite  
eorum preciosa promississet. paulo post sub  
didit dicens. **R**ogamus autem vos fratres pro  
adventum domini nostri ihesu christi: et nostrae congrega  
tionis in idipsum ut non cito moveamini  
a vestro sensu: neque terreamini: neque pro  
spiritum: neque per sermonem: neque per



epistolam: tanq̄z per nos missam. q̄si  
inisset dies domini. **E**git c̄m verus do  
ctor vt prius audirent laudati q̄ reco  
gnoscerēt: et postmoduz q̄ exhortati  
sequerent̄ q̄tinus eoz̄ mentē ne am  
monitio subiecta cōcuteret: laus pre  
missa solidaret. et qui commotos eos  
vicini finis suspitōne cognouerat. nō  
iā redarguebat motos: s̄ quasi trāsa  
cta nesciēs adhuc commoueri p̄hibe  
bat. vt dū de ipsa leuitate moriōis p̄  
dicatori suo se incogitatos crederent  
tanto irrepresentibiles fieri quanto  
cognosci ab illo formidarēt.

**Q**ualiter ammonēdi sunt impacīē  
tes: atq; alit̄ paciētes. **Cap. xxxiij.**

**A**liter ammonendi sunt impacīē  
tes: atq; aliter paciētes. **D**icen  
dum nanq; est impatientibus: quia  
dum refrenare spiritum negligunt:  
per multa etiam que non appetunt  
iniquitatum abrupta rapiuntur:

quia uidelicet mētez impellit furor quo  
nō trahit desiderii: et agit cōmota ve  
lut nesciēs unde post doleat sciēs **D**i  
cendū q̄z impatiētibz. qz dū motiōis  
impulsu. precipites quedam. velut alie  
nati pagūt: vix mala sua postq̄z fuerit  
perpetrata agnoscunt **Q**dum ptur  
batiōis sue minime obhsunt. etiā si q̄  
a se trāq̄lla mente fuerāt bñ gesta ofū  
dūt. et iprouiso impulsu destruūt. quicq̄  
qd forsitan diu labore puidō ostrux  
erunt **I**psa nanqz que mater ē omniū  
custosqz virtutū. p impaciētie vitium  
vtqz caritatis amittit **S**criptuz q̄ppe ē  
**C**aritas paciēs ē **I**git cū minime est  
paciēs. caritas non est. **P**er hoc q̄z  
impacientie vicium ipsa virtutum nu  
trix doctrina discipat **S**criptum nāqz  
est. **D**octrina viri p paciētiā noscit  
**T**anto ergo quisqz minus ostenditur  
doctus: quanto min⁹ quincit paciēs  
**N**eqz enim potest veraciter bona do  
cendo impendere: si viuēdo nescit eq̄  
nimitē aliena mala tollerare. **P**er

hoc quoque impatientie vicium plerumque  
que mentes arrogantie culpa transfigit  
que dum despici in mundo hoc quilibet non pa-  
titur: bona sibi si qua occulta sunt osten-  
tare conatur atque sic per impatientiam usque  
ad arrogantiā ducitur. Dum quod in ferre de  
spectatione non potest detegendo semetip-  
sum in ostentatione gloriatur. Vnde scriptum  
est Melior paciens est arrogante. Cui  
delicet/eligit paciens quilibet mala per-  
peti: quod per ostentationis vitium bona sua  
occulta cognosci. At contra eligit ar-  
rogans bona de se vel falsa iactari ne  
mala possit vel minima perpeti. Quia  
igitur cum patientia relinquitur/etiam bona  
reliqua que iam gesta sunt destruuntur. re-  
cte ab ezechiele esse in altari dei fos-  
sa prohibetur: ut in ea uidelicet suppo-  
sita holocausta seruentur. Si enim in al-  
tari fossa non esset: omne quod in eo  
sacrificium repiret superueniens aura disp-  
geret. Quid vero accipimus per altare dei mi-  
hi animarum iustarum: que quot bona egerit: tot su-  
per se animam eius oculos sacrificia impomit.

**N**ō autem altaris Fossa nisi bonoꝝ ſum  
patiētia que dū mentē aduerſā tolerā  
da humiliat: q̄ſi more Fouee hāc in imo  
poſitā demōſtrat. **F**oſſa igit̄ in alta  
ri fiat: ne ſuperpoſituz ſacrificiū aura  
diſpergat: id eſt electoꝝ mens pacien  
tiā cuſtodiat: ne cōmoto v̄to impaci  
entia & hoc qđ bene operata eſt amit  
tat. **B**ene aut̄ hec eadē Foſſa vniꝰ eu  
biti eſſe memorat̄. quia nimirū ſi paci  
entia nō deſerit̄: vnitatis meſſura  
ſeruat̄. **V**nde & paulꝰ ait. **I**n uicem  
onera veſtra portate. & ſic adimplebi  
tis legē xp̄i. **L**ex q̄ppe xp̄i eſt caritas  
vnitatis. quā ſoli p̄ficiūt: qui nec cum  
grauant̄: excedūt. **A**udiāt impatiētes  
qđ ſcriptū eſt. **M**elior eſt patiēs viro  
Forti. & qui dñatur animo ſuo: expug  
natori urbium. **M**imor eſt em̄ victo  
ria urbium. qz extra ſunt que ſubigunt̄  
**V**alde aut̄ maiꝰ eſt qđ per paciētiā  
vincit̄: quia ipſe a ſe animꝰ ſuperatur  
& ſemetipſū ſibi metipſi ſubicie. quan  
do eū paciētia itra ſe frenari opellit

Ep̄ubys

**A**udiant impacientes q̄ dilectis suis  
veritas dicit. **I**n paciētia v̄ra possi-  
debitis aīas v̄ras. Sic em̄ cōditi mi-  
rabilis sum⁹ vt rō aīaz ⁊ aīa posside  
at corpus. **I**us vero aīe a corpis pos-  
sessione repellit: si non pri⁹ aīa a rōne  
possidet. **C**ustodē igit̄ aditōnis no-  
stre: paciētiā dñs esse mōstrauit q̄ in  
ipsa nos possidere ⁊ nosmetipsos do-  
cuit. **Q**uāta ergo sit ipaciētie culpa co-  
gnoscim⁹: p̄ quā ⁊ hoc ipsū amittim⁹  
possidere qd̄ sumus. **A**udiāt impacie-  
tes qd̄ per salomonē rursum dicit̄. **T**o-  
tū sp̄m̄ sanētū p̄fert stult⁹. sapiens  
autē differt ⁊ reseruat in posterū. **I**m  
paciētia quippe ipellēte agitur vt tot⁹  
foras sp̄s proferatur. **Q**uem idcir-  
co citius perturbatio cicit: quia nulla  
interius disciplina sapientie circum-  
cludit. **S**apiens autem differt ⁊ reser-  
uat in posterum. **I**esus enim in pre-  
sens se vlcisci non desiderat quia etiā  
tolerans parci optat: sed tamen iuste  
v̄dicari oīa extremo iuditiō n̄ ignorat

sun

At contra ammonendi sunt paciētes  
ne in eo qđ exteriꝝ portāt. interiꝝ do  
leant: ne tāte v̄tutis sacrificiū qđ inte  
gꝝ foras immolāt: intꝝ malitie peste  
corrūpant. et cū ab homībꝝ nō agno  
scit. ꝛ tñ sub diuina examinatōe pec  
cat: tāto deterioꝝ culpa doloris fiat.  
quāto sibi ante hoīes v̄tutis spēm v̄s  
dicat **D**icēdū itaqꝫ est paciētibꝝ vt stu  
deāt diligere qđ sibi necesse est tolera  
re: ne si paciētīā dilectio nō sequitꝝ in  
deterioꝝ culpam odij. virtꝝ ostēsa  
vertat. **V**n paulꝝ cū diceret caritas  
paciēs est. illico adiunxit benigna est.  
videlicet ostēdens qꝫ quos ex pacien  
tia tolerat. amare etiā ex benignitate  
non cessat. **I**nde idem doctoz egre  
gius cum paciētiā discipulis suade  
ret dicens. **O**mmis amaritudo et ira:  
et indignatio. et clamor. et blas  
phemia tollatur a vobis. quasi cunc  
tis exterius iam benigne composi  
tis ad interiora conuertitur. **A**um  
subiungit. **C**um omni malitia quia

Frustra indignatio. clamor et blasphemia ab exterioribus tollitur. si in interioribus vitiorum mater malitia dominatur. Et in cassibus foras vitiorum ex ramis inciditur. si breptura multipliciter in radice seruat. **V**n per semetipsas veritas dicit. Diligite inimicos vestros benefacite hijs qui vos oderunt et orate pro persecutoribus et calumpniatoribus vos. **V**irtus ita quae est coram hominibus aduersarios tolerare. sed virtus coram deo diligere. quia solum deus sacrificium accipit. quod ante eius oculos in altari boni operis flamma caritatis incendit. **H**inc est quod rursum quibusdam patientibus nec tamen diligentibus dicit. Quid autem uides festucam in oculo fratris tui? et trabem in oculo tuo non uides? **P**erturbatio quippe impatiencie festuca est. malitia uero in corde trabs in oculo est. **I**llam namque aura temptacionis eragitat. **H**anc autem consummata nequitia pene immobiliter portat. **R**ecte uero illic subiungitur. **V**poerita eice primum trabem de oculo

tuo: & tunc eice Festucas de oculo Fra-  
tris tui. **A**chi dicat̄ menti inique inte-  
rius dolenti. & sanctam se exteri⁹ per-  
paciētiam demōstrāti prius a te moie  
malitie excute. & tunc alios de ipaciō-  
tie leuitate rephende: nedū stude s fi-  
mulatōe vincere: pri⁹ tibi sit praua ali-  
ena tolerare. **E**uēire etiam plerunq;  
patientibz solet. vt in eo quidem tēpe  
quo vel aduersa patiunt̄ vel cōtumeli-  
as audiunt: nullo dolore pulsant̄ & se  
paciētiā exhibeant. vt custodire etiā  
cordis innocētiam nō obmittāt. **S**ed  
cum post paululū hec ipsa que pertule-  
rūt ad memoriā reuocāt: igne se dolo-  
ris inflammant. argumēta vltōnis in-  
quirunt. & mansuetudinez quam tol-  
erantes habuerūt retractantes i ma-  
litiā vertūt. **N**ubus citius a predi-  
cante succurrit: si que sic hui⁹ permu-  
tatōnis causa pandat̄. **C**allid⁹ nanq;  
aduersari⁹ belluz contra duos mouet  
**V**nū videlicz inflāmans vt cōtumeli-  
as prior inferat: alte:um prouocans



ut contumelias lesus reddat. **S**ed ple  
rūq; dū huius iam auctoz est. qui iniuri victoz  
am persuasus irrogat: ut ab illo vind  
tur qui illataz sibi equanimif portat.  
**V**nius ergo victoz quez cōmouendo  
subiugavit tota contra alterū virtute  
se erigit cunq; obfistentem fortiter et eūq;  
vincentē dolet: q; quia commouere in  
ipsa cōtumeliaz iaculatōne nō potuit  
ab aperto certamine interim quiescēs:  
et secreta suggestione cogitatōne la  
cellens aptū deceptōnis tēpus inquit  
rit. **Q**uia em̄ publico bello pdidit ad victoriā  
exercendas occulte insidias exardescit  
**Q**uietis nanq; iam tēpe ad victoris  
animā redit. et vel rez dampna vel in  
iuriarū iacula ad memoriā reducit. cun  
staq; que sibi illata sūt vehemēter ex  
aggerās: intolerabilia ostendit. tātoq;  
mentē merore turbat. ut plerūq; vir  
paciēs illa se equanimiter tolerasse p  
victoriā captiuū erubescat. seq; nō red  
didisse cōtumelias doleat. et deteriora  
rependere si occasio prebeat querat.

Quibus ergo isti sunt similes: nisi hijs q  
per fortitudinem in campo victores sunt  
sed p negligentia postmodum intra urbem  
claustra capiuntur. Quibus sunt similes:  
nisi hijs quos irruens grauis languor  
a uita non subtrahit: sed leniter ueniens  
recidua febris occidit. Ammonendi  
sunt tigitur pacietes: ut eorum post victo-  
riam muniantur. ut hostem publico bello su-  
patum: insidiari mentis menti s'inten-  
dant: ut languorem plura reserpente re-  
pente timeant: ne hostis callidus eorum  
deceptio postmodum maiori exultatione  
gaudeat. quo illa dudum contra se ri-  
gida colla victorum calcet.

**U**aliter ammonendi sunt beniuo-  
li: atque aliter inuidi. **Cap. xxxiiii.**

**A**liter ammonendi sunt beniuoli  
atque aliter inuidi. Ammonendi  
namque sunt beniuoli ut sic alienis bonis  
congaudeant quatinus habere et pro-  
pria concupiscant: et proximorum facta  
diligendo laudent ut ea etiam imitan-  
do multiplicent: ne si in his partibus vite

stadio ad certamen alienū deuoti Fau-  
tores s̄ pigri expectatores assistunt.  
eo post certamē sine brauio remane-  
ant: quo nunc in certamine nō laborāt  
et tūc eoz palmas afflicti respiciant:  
in quoz nūc laboribus otiosi perdu-  
rant. **V**alde ḡppe peccam⁹ si aliena be-  
ne gesta nō diligim⁹. sic nichil merces-  
dis agim⁹: si ea q̄ diligim⁹ in quātum  
possum⁹ nō imitam⁹. **D**icēdū itaq; est  
bemuolis q; si imitari bona mimie fe-  
stināt q̄ laudātes approbāt. sic eis vtu-  
tū sanētitas. sicut stultis spectatoribz  
ludicraz artū vantas placet. **I**lli nā  
q; aurigaz ac hystriōnū gesta fauori-  
bus efferunt: nec tñ tales esse deside-  
rāt: q̄les illos cōspitiunt esse quos lau-  
dant. **M**irantur eos placita egisse: s̄  
tamen similiter deuitant placere. **D**i-  
cendū est bemuolis vt cum proximoz  
facta cōspitiunt ad suum eoz redeant  
et d̄ aliēis actibz nō p̄sumāt: ne bona  
laudent et agere reculent. **B**rauiter  
quippe extrema vltione feriendi sunt:

quibz placuit quod imitari noluerunt  
**A**mmone di sunt inuidi ut perpendat  
quante cecitatis sunt: qui alieno profectu  
deficiunt: aliena exultatione tabescunt  
quante infelicitatis sunt qui melioratione  
proximi deteriores fiunt: dum augmenta  
aliene prosperitatis aspiciunt: apud se  
metipso anxiae afflicti cordis sui peste  
moriuntur. **Q**uid istis infelicitibus: quos dum  
consperta felicitas afficit pena nequior  
res reddit. **A**liorum vero bona que ha  
bere non possunt. si diligerent sua fecissent  
**H**ic quippe sunt uniuersi consistentes in fi  
de. sicut membra multa uno continen  
tur in corpore que pro officium quidem diuer  
sa sunt. sed quo sibi vicissim obgruunt unum  
fiunt. unde fit ut pes per oculos vi  
deat. et per pedes oculi gradiantur.  
**O**ri audit aurium seruiat. et ad usum suum  
auribus oris lingua deerrat. **S**uffra  
getur manibus veter. veteri operentur man  
us. **I**n ipsa ergo corporis positione accipiuntur  
quod in actione suam. **N**imis itaque turpe est  
non imitari quod sumus. **N**ra sunt nimis que

et si imitari non possumus amamus in  
alijs et amatiu fuit queq; amatur i no  
bis. Hinc ergo penset inuidi caritas  
antevultus est. q; aliem laboris opera  
nra sine labore facit. **M**icēdū itaq; est  
inuidis: q; dū se a luore minime custo  
diūt: in antiquā versuti hostis neq̄tia  
demergunt. de illo nāq; scriptū est. in  
uidia dyaboli mors intrauit in orbem  
terraz. quia em ipse celū perdidit: cō  
dito h̄ homi inuidit. et dāpnatōe sua  
pōit: adhuc alios pdēdo cumulauit.  
**A**mmōnēdi sunt vt agnoscat quantis  
lapsib; succrescētis rume subiaceāt. q;  
dū luorē a corde nō p̄itiūt ad aptas  
operū nequitas deuoluunt. **N**isi em  
cayn inuidisset fr̄is hostiā acceptam:  
minime peruemisset ad extinguedā vi  
tam. **V**nde scriptum est. Resperit do  
m̄n; ad abel et ad munera eius. ad ca  
yn vero et ad munera eius non respe  
xit. **I**ratulq; est cayn vehementer et  
concidit vultus eius. **C**Luor itaq;  
sacrificij: fratricidij seminarium fuit.

**N**ā quem meliorem se esse doluit : ne  
vt cunq̄ esset amputauit **D**icēdū est in  
uidis : q̄ dum se ista intrisec̄ peste cō  
sumūt . etiā quicq̄d in se aliud boni ha  
bere vident̄ interimūt . **V**n̄ scriptum  
est . vita carniū sanitas cordis : putre  
do ossū inuidia . **Q**uid em̄ per carnes  
nisi infirma quedā ac tenera . et q̄d p  
ossa nisi fortia acta signant̄ **E**t plerū  
q̄ contingit vt quidā cū cordis inno  
centia in nōnullis suis actibz infirmi  
videant̄ . quidā vō iam quedāz an̄ hu  
manos oculos robusta exerceāt . s̄ tñ  
erga alioz bona int̄ inuidie pestilen  
tia t̄ibescant . **H**n̄ ergo dicit̄ . vita car  
niū sanitas cordis : quia si cordis inno  
centia custoditur . etiam siq̄ foris in  
firma sunt roborant̄ . **E**t recte illic s̄b  
ditur . **P**utredo ossum inuidia : q̄ p  
liuoris vituuz ante dei oculos s̄pereunt  
etiam que humanis oculis fortia vidē  
tur . **O**ssa quippe per inuidiam putres  
cere est . quedam etiam robusta pe  
rire .

**Q**ualiter ammonēdi sūt simplices  
atq; aliter impuri. **Cap. xxxv.**

**A**liter ammonēdi sūt simplices: atq;  
aliter impuri. Laudādi sunt sim-  
plices q̄ nunq̄z studeāt falsa dicere.  
sed ammonēdi sunt vt nouerint nōnun-  
q̄z vā reticere. Sicut em̄ semp dicētē  
falsitas lesit: ita nōnunq̄z quibusdā au-  
dita vera nocuerūt. Vnde corā disci-  
pulis dñs locutōem silētio tempans  
ait. **M**ulta habeo vobiscū dicere: sed  
nūc nō potestis illa portare. Ammonē-  
di sūt igit̄ simplices vt sicut fallatī  
am semp vtiliter vitāt: ita veritatē sēp  
vtilit̄ pferāt. ammonēdi sunt vt sim-  
plicitatis bono prudētiā adiungant:  
q̄tinus sic securitatem de simplicitate  
possideāt: vt circūspectōem prudētiē  
nō amittāt. Hinc nāq; per doctorem  
gentium dicitur. **V**olo vos sapien-  
tes esse in bono: simplices autem i ma-  
lo. Hinc electo s suos per semetipsam  
veritas ammonet dicens. **E**stote pru-  
dentes sicut serpentes. et simplices

ficut columbe. **P**rua videlicet in electo-  
rum cordibz debet et simplicitatez co-  
lumbæ astutia serpētis acueret: et serpē-  
tis astutiā colūbe simplicitas tempore  
quatinꝰ nec seducti per prudētiā calle-  
ant: nec ab intellectu studio ex simpli-  
citate torpescāt. **A**mmōnēdi sunt im-  
puri vt q̄z grauis sit quē cum culpa sū-  
stinēt duplicitatis labor agnoscāt. **N**ū-  
em̄ dephēndi metuūt: semp̄ iprobas  
dfeñones querūt: semp̄ pauidis suspi-  
tiombz agitant̄. **N**ihil aut̄ est ad de-  
fendēdū puritate tutiꝰ: ad dicendū  
veritate nihil facilius. **N**ā dū fallatiā  
suā tueri cogitant: duro cor labore fa-  
tigat̄. **H**inc nanq; scriptū est. **L**abor  
labiorum suorum operiet eos. qui em̄  
nunc implet tunc operit quia cuiꝰ nūc  
animū per blandā inquietudinem erep-  
erit tunc per asperam retributionem  
premit. **H**inc per iheremiam dicit̄.  
**D**ocuerūt linguā suā loqui mendaciū  
vt iniq; agerēt laborauerūt. **A**chi apte  
dicerz. q̄ amici esse vitatis sine labore



poterant: vt peccent laborant **C**unq;  
vuiere simplicif rennuat laboribz eri  
gunt vt moriant. **N**ā plerunq; i cul  
pa dep̄henfi: dū quales sint cognosci  
refugiunt: sese sub fallatievelamine ab  
scondūt. et hoc qđ peccāt. qđq; iam  
aperte cernit̄ excusare molunt̄: ita  
vt sepe is qui eoz culpas corripe stu  
det: aspere falsitatis nebulis seduct̄:  
pene amissille se videat: qđ de eis iam  
certū tenebat. **V**n recte subinde sp̄e  
p̄h̄az cōtra peccātē aīaz excusantēq;  
se dicit̄. **I**bi habuit foueā eriti. **E**ri  
cū q̄ppe noīe ipure mētis seseq; callide  
defēdētis duplicitas designat̄. **N**uia  
videlicz ericuis cū app̄hendit̄ ei? et ca  
put cernit̄. et pedes vident̄ et corp̄  
omē despicit̄. **H** mox vt app̄henlus fu  
erit. semetipsū in sperā colligit: pedes  
introsus subtrahit caput abscondit:  
et intra tenētis manū totū simul amit  
titur. quod totum simul ante videba  
tur. **H**ic nimirum sic impure mentes  
sunt: cum in suis excessibus op̄hēdūt

**C**aput em̄ ericij dicitur quia quo imitō  
ad culpā peccator accesserit: uidetur.  
**P**edes ericij cōspitiuntur qz quibz fes  
sigitis neqtia sit perpetrata cognosci  
tur. etñ adductis repēte occasiombz  
impura mēs retrosus pedes colligit  
qz cuncta iniquitatis sue vestigia absco  
dit **C**aput sōtrahit qz miris defensio  
nibz nisi ichoasse se malū aliqd ostēdit  
**E**t qñ spera in manū tenētis remanet  
qz is qui corripit: cūcta que iam cog  
nouerat subito amittēs: inuolutum in  
tra conscientiā peccatorem tenet. **E**t  
qui totū iā deprehēdēdo uiderat: ter  
guersatōne p̄raue defensionis illusus  
to tū pariter ignorat. **F**oueam ergo  
eritius habet in reprobis. qz malitios  
se mentis duplicatas sese intra se colli  
gens abscoedit in tenebris defensionis  
**A**udiant impuri quod scriptum est.  
**Q**ui ambulat simpliciter: ambulāt cōs  
fidenter. **F**iducia quippe magne se  
curitatis est. simplicitas actionis.  
**A**udiant quod sapientis ore dicitur.

**S**pūs sanctus discipline effugiet fictū  
**A**udiāt qđ scriptura rursum phibet.  
cum simplicibz sermocinatio ei? Deo  
em̄ sermocinari est: p̄ illustratōem sue  
p̄ntie humanis mētibz archana reue-  
lare. **C**ū simplicibus igit̄ sermocinari  
dicit̄. qz supermis misterijs illoz mē-  
tes radio sue visitatōis illuminat. quo  
nulla umbra duplicitatis obscurat.  
**E**st aut̄ spēale duplitiū malū. quia dū  
puerla et duplici actōne ceteros fal-  
lunt: quasi p̄stātius ceteris prudentes  
se esse gloriānt̄. **E**t qz distriētōnem re-  
tributōis nō cōsiderāt. dām̄s suis mi-  
seri exultāt. **A**udiāt aut̄ quā sup̄ illos  
p̄pheta sophomias vim diuine animad-  
uerſionis intētat. dicēs. **E**cce dies dñi  
venit magnus et horribilis. dies ire di-  
es illa. dies tenebrarū et caliginis. di-  
es nebule et turbinis. dies tubarū et clā-  
goris sup̄ om̄es ciuitates munitas et  
sup̄ oēs āgulos excelsos. **Q**uid em̄ p̄ ci-  
tates munitas expr̄mit̄ nisi suspecte mē-  
tes et fallaci sp̄ d̄fēsiōe c̄. ū dātes. que

quotiens earum culpa corripit : veri-  
tatis ad se iacula non admittunt. et quic-  
quid per excelsos angelos ubi duplex  
quippe semper est paries nisi impura  
corda signantur. **Que** dum veritatis  
simplicitate fugiunt ad semetipsa quo-  
dammodo duplicitatis peruersitate  
replicatur. et quod est deterius apud co-  
gitationes suas infastum prudentie ex  
ipsa se culpa impuritatis extollunt. **Di-**  
**es** autem domini vindicte atque aduersio-  
nis plena super ciuitates munitas et  
super excelsos angulos venit. quia ira  
extremi iudicii humana corda : et defen-  
sionibus contra veritatem clausa des-  
truit. et duplicitatibus inuoluta dis-  
solvit. **Tunc** enim munite ciuitates ca-  
dunt qui in mentes deo impenetrare  
dampnabuntur. **Tunc** excelsi anguli  
corruunt : quia corda que se per impu-  
ritatis. prudentiam erigunt. per iusti-  
tie sententiam prosteruntur.

**A**lter aliter ammonendi sunt  
incolumes: atq; aliter egri.

**Cap. xxxvi.**

**A**lter ammonendi sunt incolu-  
mes: atq; aliter egri. Ammo-  
nēdi nāq; sunt incolumes: vt  
salutem corporis exerceāt ad salutē mē-  
tis. ne si accepte incolumitatis grām  
ad vsuz neq̄tie inclinant denuo dete-  
riores fiant. et eo postmodū supplītia  
grauiora mereant: quo nunc largiori-  
bus bonis dei. male vti nō metuunt.

Ammonendi sunt incolumes ne opor-  
tunitatem salutis ip̄perpetuum p̄merēs  
de despiciant. **S**criptū nanq; est **E**cce  
nūc tempus acceptabile ecce nunc die-  
es salutis. ammonendi sunt ne place-  
re deo si cum possunt noluerint cū vo-  
luerint sero non possint. **H**inc est em̄  
q; post sapientia deserit: quos pri⁹ re-  
nuentes vocauit dicens. **V**ocauī et rē-  
nuistis: extendi manūz meā et nō fuit  
qui aspiceret. **D**espexistis om̄e cōsilīuz  
meū et increpatōes meas neglexistis

Ego q̄ i iteritu v̄ro ridebo: et s̄lsana  
bo cū vob̄ q̄d timebatis aduenerit. Et  
rursū. Tūc iuocabūt me. et n̄ exaudia  
mane d̄surgēt et n̄ iuemēt me. Salūta  
q̄z corp̄is q̄n ad b̄n̄ op̄adū accepta d̄  
sp̄icit̄ q̄nti sit m̄ueris amissa s̄etit. et i  
fructuose ad vltimū q̄rit̄ q̄ d̄gruod̄es  
sa t̄peutilit̄ n̄ habet̄. Vñ b̄n̄ p̄ salomo  
nē rursū dicit̄. Ne des aliemis honorē  
tuū et annos tuos crudeli. ne forte i  
pleant̄ extranei viribz̄ tuis: et labores  
tui sint in domo aliena: et gemas i no  
uissimis. q̄n cōsūpseris carnes et cor  
pus tuū. qui nāqz̄ aliem̄ a nobis sunt:  
nisi maligni spūs̄ q̄ a celestis sūt p̄ie  
forte sepati. Quis vero honor noster  
est: nisi q̄d etiā in luteis corp̄ibz̄ d̄ditū  
ad cōditoris t̄n̄ n̄ri sum̄. Imaginē et si  
militudinē creati. Vel quis alias cru  
delis est: nisi ille apostota angelus.  
qui in semetipsum penam mortis sup  
biendo pertulit. et inferre mortez̄ hu  
mano generi etiam perditus non pe  
percit. Honorez̄ itaqz̄ suū aliemis dat

qui ad dei imaginē ac similitudinē cōditus. vite sue tēpa malignoz spūum voluptatibz āministrat. **A**nnos etiaz annos suos crudeli tradit: qui ad volūtātē male dñantis aduersarij. accepta viuēdi spatia expendit. **V**bi bene subdit. **N**e forte impleant̄ extranei viribz tuis. & labores tui sint in domo aliena. **N**uisquis em̄ p acceptā valitudinē corporis p tributā sibi sapiētā mētē nō exercēdis v̄tatibz s̄ perpetrandis vicij̄s claborat nequaq̄z suis viribus suaz domum: s̄ extraneoz habitacula idest immundorum spirituum facta multiplicat. nimirum luxuriando: vel superbiēdo agens vt etiaz se addito perditorum numerus crescat. **B**ene autem subditur. **E**t gemas in nouissimis: quando consumpseris carnes & corpus tuum. **P**lerunq̄ enim accepta salus carnis per vitia expenditur. **S**ed cum repente subtrahitur cum molestijs caro atteritur. cum iam egredi anima vrgetur diu male habita.

quasi ad bene vitendum salutis amissa re-  
quiri. Et tunc gemunt homines quod deo ser-  
uire noluerunt. quando dampna sue ne-  
gligentie recuperare seruiendo nequa-  
quam possunt. unde alias dicit. Cum ocs-  
cideret eos ingrediebatur eum. At contra  
ammonendi sunt egrum: ut eo se dei fili-  
os sentiant. quo illos discipline flagel-  
la castigant. Nisi enim correctis heres-  
ditatis dare disponderet: erudire eos  
per molestias non curaret. Hinc nan-  
que ad iohannem dominum per angelum di-  
xit. Ego quos amo arguo: et castigo.  
Hinc rursum scriptum est. Fili mi noli di-  
sciplinam domini negligere: neque fati-  
geris cum ab eo argueris. Quis enim  
dominum diligit castigat. flagellat om-  
nem filium quem recepit. Hinc psalmista  
ait. Multe tribulationes iustorum. Hinc  
beatus quod iob in dolore exclamans ait.  
Si iustus fuero non leuabo caput satu-  
ratum afflictione et miseria. Dicendum est  
egris ut si celestem patriam suam credunt  
necessario in hac laboribus: velut in aliena



patient. **H**inc est enim quod lapides et  
terra tonfi sunt. ut in constructioe templi do  
mini absque mallei sonitu ponerentur.  
**Q**uia videlicet nunc Foras per flagella  
tundimur. ut intus in templum dei post  
modum sine discipline percussione dispo  
namur quatinus quicquid in nobis est super  
fluum. modo percussio reseret. et tunc sola  
nos in edificatio concordia caritatis li  
get. **A**mmone di sunt egri: ut confide  
rent pro percipiendis terrenis heredi  
tatibus. quibus dura carnales filios discipli  
ne flagella castigant. **Q**ue ergo nob  
is diuine correptionis pena grauis est:  
per quam et nunquam amittenda hereditas  
percipitur: et semper mansura supplitia  
vitantur. **H**inc etiam paulus ait. **P**atres  
quod de carnis nostre habuimus eruditores  
et reuerentiam eos non multo magis ob  
tempa bimorum patri spiritum et viuimus.  
**E**t illi quidem in tempore paucorum die  
rum secundum voluntatem suam erudiebant  
nos. **H**ic autem ad id quod utile est.  
in recipiendo sanctificationem eius.

**A**mmoenendi sunt egri. vt cōfiderēt  
quāta salus cordis molestia sit. cor pal  
que ad cognitōem sui mētē reuocat  
et quā plerunq; salus abicit. infirmita  
tis memoria reformat. vt anim⁹ q̄ ex  
tra se in elatōne ducit. cui sit cōditōi  
sōdit⁹. ex p̄culla quam sustinet carne  
memoret. **Q**uod recte p̄ balaā si tam  
vocē dei sōsequi obediendo voluisset  
in ipsā eius itineris retardatōe signa  
tur. **B**alaan nanq; puenire ad p̄positū  
tendit. **B**eius votū animal cui p̄sidi⁹  
p̄edit. **P**rohibitōnis quippe inemor  
iat quo nō licebat. **A**t asina angelum  
videt: quez humana mens nō vidz q̄si  
plerūq; caro per molestias tarda. fla  
gello suo mētē deū indicat quē mēs ip  
sa carni p̄sides nō uidebat. ita vt anx  
ietatē spūs p̄ficere in hoc mōdo cupiē  
tis velut iter tendentis ipediat donec  
inuisibile q̄ sibi obuiat: inotescat. **V**n  
q̄ bñ p̄ petrū dicit. **C**orreptōez hūit  
sue velamie sōiugale nutū. qd̄ in hoīs  
voce loquēs p̄hibuit p̄p̄e insipientiā.

**I**nfanus quippe homo a ſubugali mu-  
to corripit̄ . qñ elata mēs humilitatis  
bonū quod tenere debeat: ab afflicta  
carne memorat̄ . **H**uius correptio-  
nis donū idcirco balaā non obtinuit  
qz ad maledicēdū p̄gens vocē i ō mē-  
tem mutauit . **A**mmōnēdi ſūt egri: vt  
ſiderēt: qñti ſit muneris celeſtia cor-  
palis: q̄ admiſſa peccata diluit: et ea  
que poterāt admitti cōpeſcit . que etiā  
ſūpta ab exterioribz plagis: conculſe  
menti penitētie vulnera infligit . **V**n-  
ſcriptū eſt . **L**iuor vulneris abſtergit  
mala et plage in ſecretōribz ventris .  
**M**ala em̄ liuor vulneris abſtergit qz  
flagelloꝝ dolor: vel cogitatas vel p-  
petratas neq̄tias diluit . **H**olet vero  
vētris appellatōe mens accipi: qz ſicut  
vent̄ ſumit eſcas: ita mens perpetrā-  
do excoq̄t curas . qz em̄ venter mens  
dic̄it: ea ſentētia docet̄ q̄ ſcriptū eſt .  
**L**ucerna dñi ſpiraculū hoīs que inue-  
ſtigat oīa ſecreta vētris . **A**ch diceret  
**D**uim afflat̄ illuminatō cū in mente

hoīs venerit: cā sibi metipsi illuminās  
ostendit: que añ spūs s̄cti aduentum  
cogitatōes prauas & portare poterat  
& p̄sare nesciebat. **L**uor ḡ vulneris  
abstergit mala & plage in secretōribz  
vētris. qz cū exteriꝝ percutimꝝ ad pec  
catorꝝ n̄oꝝ memoriā taciti afflictiqz  
reuo camꝝ atqz ante oculos n̄os cun  
cta que sunt a nobis male gesta redu  
cimꝝ. & per hoc qd foras patimꝝ. ma  
gis intus qd fecimꝝ dolemꝝ. **V**ñ fit  
vt inter aperta vulnera corporis: am  
pliꝝ nos abluat plaga secreta ventris  
qz sanat neḡtias prauī opis occultum  
vulnꝝ doloris. amonēdi sūt egri q̄tinꝝ  
paciētē vtutē hūēt & icellāꝝ q̄nta redē  
ptor n̄ ab his q̄s creauerat pertulit  
mala d̄sdrēt: qd tot obiecta d̄uitōꝝ p  
bra sustinuit: quot d̄ manu atiqz hostis  
captioꝝ quotidie aīas rapiēs: isultā  
tiū alapas accepit: qd aqua nos salutis  
diluēs: a perfidoꝝ sputis faciē nō ab  
scondit: qd aduocatōne sua nos ab es  
termis supplitiꝝ liberans. **T**acitus.

Flagella tollerauit. q̄ inter angelorum  
choros phēnes nobis honores tribu  
ens: colatos pertulit q̄ a peccatorum  
nos p̄uētiombz saluās. sp̄inis caput  
supponere nō recusauit. q̄ eterna nos  
dulcedine debriās ī siti sua fellis ama  
ritudinē accepit. q̄ p̄ nobis p̄rez q̄z  
uis ei diuinitate esset equal̄ adorauit  
sub irrisione adorat⁹ tacuit: q̄ vitam  
mortuis p̄parans: vsq; ad mortez ipse  
vita peruenit **C**ur itaq; aspax credit  
vt a deo homo toleret flagella p̄ mal  
si tāta de⁹ pertulit ab hoībz mala p̄  
bonis **A**ut q̄s sana intelligētia d̄ per  
cussione sua ingratus existit. si ipse hic  
sine flagello non exiit qui hic sine pec  
cato vixit.

**U**aliter ammonendi sunt qui Fla  
gella metuūt et p̄pterea innocenter  
viviūt: atq; aliter qui sic in iniquitate  
duruerunt vt neq; per flagella cor  
rigant.

**Cap. xxxvii.**

**A**liter ammonendi sunt qui flagella metuunt et propterea innocenter viuunt. atque aliter ammonendi sunt qui sic in iniquitate durauerunt. ut neque per flagella corrigantur. dicendum namque est flagella timentibus ut et bona temporalia nequaquam pro magno desideret. que adesse etiam prauis vident et mala presentia nequaquam velut intollerabilia fugiant: quibus hic plerumque bonos affici non ignorat. Ammonendi sunt ut si malis veraciter carere desiderant eterna supplicia phorrescant neque in hoc supplicio et timore remaneant: sed ad amoris gratiam nutrimento caritatis exerceant. Scriptum quippe est. **P**erfecta caritas foras mittit timorem. Et rursum scriptum est. **N**on accepistis spiritum seruitutis itez in timore. sed spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. **V**nde idem doctor itez dicit. **V**bi spiritus domini ibi libertas. **S**i ergo adhuc a praua actione formidata pena prohibet perfecto formidatis animis: nulla spiritus libertas tenet. **N**am si penam non

metueret culpaz ꝑculdubio perpetra  
ret. Ignorat itaqꝫ mens gaudiuz lib  
tatis quā ligat seruitꝫ timoris. Bona  
em ꝑ semetiphs amāda sūt: et non pe  
nis cōpellētibꝫ exequēda. **N**ā qui ꝑ  
terea bona facit: qꝫ tormeritoꝝ mala  
metuit. vult nō esse qꝫ metuat: vt au  
denter illicita omittat. vñ luce clarius  
constat qꝫ coram deo innocētia ad mit  
tī ante cuiꝫ oculos desiderio pecca  
tur. **A**t cōtra hñ quos ab imigtatibꝫ  
nec flagella cōpescūt: tātō acriori in  
uexione feriēdi sūt: quātō maiori insē  
tibilitate di ruerūt. **P**lerūqꝫ em sine d  
dignatōe dedigrādi sunt. sine despe  
ratōe desperandi. ita dumtaxat vt  
ostensa desperatō formidmē incutiat  
et s̄vūnēta ammonitio ad spem redu  
cat. **D**istricte itaqꝫ cōtra illos dīne s̄ne  
ꝑferēde sūt: vt ad cognitōez sui cōsi  
drata efna aiaduersione reuocēt. **A**u  
diāt em in se impletū esse qꝫ scriptū est  
**S**i contuderis stultū in pila quasi tip  
lanas feriente de desuper pilo: non

auferet ab eo stultitia eius. **C**ontra hos  
propheta domino querit dicens. **A**triuisti  
eos et renouerunt accipere disciplinam.  
**H**inc est quod dominus dicit. **I**nterfeci et per  
didi populum istum et tamen a uis suis non  
sunt reuersi. **H**inc rursum ait. **P**opulus  
non est reuersus ad peccatorem se. **H**ic  
voce flagellantiu[m] propheta conquerit di  
cens. **C**urauimus babilone[m] et non est  
sanata. **B**abylon quippe curat nec ta  
men ad sanitatem reducit. quoniam mens in  
praua actio[n]e confusa uerba correptionis  
audit flagella correptionis precipit: etiam  
ad recta salutis itinera redire contem  
pnit. **H**inc captiuo israhelico popu  
lo nec tamen ab iniquitate uerso do  
minus exprobrat dicens. **V**ersa est mi  
hi domus israhel in scorie[m]. **O**mnes isti  
es et stannum et ferrum et plumbum in  
medio fornacis. **A**c si aperte dicat.  
**P**urgare eos in igne tribulationis uo  
lui: argentum illos uel aurum ferri queui:  
**S**ed in fornace mihi in es stannum fer  
rum et plumbum uerhi sunt. quia non ad uir



tutez ꝑ ad vitia etiam in tribulatōe ꝑ  
ruperūt. **E**s ꝑꝑe dū ꝑcutit ꝑꝑliꝑ me  
tallis ceteris somitū reddit. **Q**ui igitꝑ  
in percussione ꝑositꝑ erūpit ad somitū  
murmuratōis: in es versus est in mo  
dio Fornacis. **S**tānū vero cū ex arte  
cōꝑonitꝑ argēti spēm mētꝑ. **Q**ui ꝑ si  
mulatōis vitō nō caret in tribulatōe  
stānū factꝑ est in Fornace. **F**erro autꝑ  
vertitꝑ. ꝑ vite ꝑꝑimi insidiatꝑ. ferrum  
itaqꝑ est: ꝑ nocēdi malitiā nō amittit i  
tribulatōe. plūbū qꝑ ceteris metallis ē  
ꝑꝑiꝑ. **I**n Fornace ꝑ plūbū iuenitꝑ qui  
sic ꝑccī sui ꝑōdere ꝑmitꝑ: vt etiā i tꝑbu  
latōe ꝑositꝑa tꝑemis ꝑsiderijs n̄ leuetꝑ  
**H**ic rursū scriptū est. **M**ulto labore  
sudatū est: ꝑ nō exiuit de ea nimia ru  
bigo eiꝑ neqꝑ ꝑ ignē. **I**gnē ꝑꝑe no  
bis tꝑbulatōis āmonꝑ: vt in nobꝑ rubi  
ginē vitōꝝ ꝑurgꝑ. ꝑ nec ꝑ ignē rubi  
ginē amittitꝑ qū ꝑ itꝑ flagella vitō n̄ ea  
rēꝑ. **H**ic ꝑꝑꝑa itezꝑ di. Frustra ꝑflauit  
ꝑflatoꝝ: malitie eozꝑ n̄ sūt ꝑsupte. **B**ei  
edū vō ē: qꝑ nōnūqꝑ eū inꝑ flagelloꝝꝑꝑ

duritiā remanēt incoorrecti dulci sunt  
ammōitōe mulcēdi. Quos em̄ crucia  
menta nō corrigūt nōnunq̄ ab im̄is  
actibz leuia blādimēta cōpescūt. Quia  
et plerūq̄ egros: quos Fortis pigmē  
taria potio curare nō potuit ad salutē  
p̄stinam tepēs aqua reuocauit. Et nō  
nulla vulnera q̄ curari incisione neque  
unt: Fomētis olei sanant̄. Et dur̄ Zada  
mas incisionē ferri minime recipit. H̄  
lemi hircorū sāguine mollescit.

**¶** Quid alit̄ amonēdi sūt nimis taciti  
atq̄ aliter multiloquio vacantes.

**¶** Cap. xxxviii.

**A**liter amonēdi sūt nimis taciti  
atq̄ aliter multiloq̄o vacantes.  
Insinuari nanq̄ nimis tacitis debet:  
quia dum quedam vitia incaute fugi  
unt occulte deterioribus implicantur.  
Nam sepe linguā quia immoderatiq̄  
frenant in corde grauius multiloqui  
um tolerant. vt eo plus cogitatōnes  
in mente ferueant quo illas violenta  
custodia indiscreti silenciū angustat.

**D**ūe plerūq; tantō latius defluunt :  
quāto se esse securiores estimant . quia  
foris a rephensorib; nō videntur . **V**n  
